



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

XXIX. De viduis clericorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

tea errauit, non offerat; sed tantum pro religione
nomen presbyteri portet. * Similiter & de diaconi-
bus seruandum est, vt si ipse confessus fuerit, ordi-
nem subdiaconatus accipiat.

* In alia
editione
hæc infer-
ta sunt.
Sin autē
non ipse
cōfessus,
sed ab alio publi-
ce fuerit
cōuictus,
nec hoc
ipsum ha-
beat, vt
nomen
presbyte-
ri portet.
Simili-
ter, &c.

Can. 9. &
10.
Burch. lib.
2. c. 48. luo
p. 6. c. 149.

XXVI.

Si quis viduam aut ab alio dimissam duxerit,
non admittatur ad clerum; aut si obrepserit, reii-
ciatur: similiter si homicidii, aut facti, aut præce-
pto, aut consilio, aut † assensione post baptismum
consciens fuerit, & per aliquam subreptionem ad
clericatum venerit, deiiciatur, & in finem vitæ suæ
communione non recipiat.

† defensio-
ne est apud
Gratianum:
verum Gre-
goriana no-
ta videtur
probare hæc
lectionem,
& Conciliū
Tribur. c. 11.
Hieronym.
epist. 128. ad
Fabiolam,
sic interpre-
tatur viduā
eiectam &
meretricē:
Vidua, in-
quit, est, cu-
ius maritus
est mortuus;
eiecta est,
quæ a mari-
to viuente
proicitur;
meretrix,
quæ multo-
rum libidini
patet.
Dist. 34. cap.
Si laici. &
dicitur, ex
Concilio
Martini pa-
pæ.

XXVII.

Si quis presbyter aut diaconus fuerit fornica-
tus aut mœchatus, proiiciatur, & agat pœniten-
tiam.

XXVIII.

Si alicuius laici vxor in adulterio fuerit depre-
hensa, hic talis ad ministerium ecclesiasticum nul-
lo modo adducatur. Si autem post ordinationem,
alicuius clerici vxor adultera fuerit, dimittat eam:
si autem cum ipsa voluerit permanere, a ministerio
alienus sit.

XXIX.

Si qua vidua episcopi vel presbyteri aut diaco-
ni maritum acceperit, nullus clericus, nulla * re-
ligiosa cum ea conuiuium sumat, nunquam com-
municet; morienti * tantum ei sacramenta subue-
niant.

Dist. 18. Si
qua vidua.
ex Concilio
Tolet. I.
cap. 18.

* religio-
sa perso-
na

* tamen

XXX.

Si deuota fuerit, & maritum duxerit; si eam pa-
ter vel mater in affectum receperint, a communio-

Concil. Tom. 12.

Rrrr